UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma & media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1688

Caput. VII. De Tentationibus circa Iracundiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48377

Visual Library

LXXII. Quintò ad exemplum S. Bernardi ſuad-
at, ut ſibi proponat ad honorem SS. Trinitatis
ſaltem die abſtinere à tali peccato; dein ubi
victoriam retulerit, alterum diem ad honorem Chri-
ſti Crucifixi, tertium ad honorem Chriſti Eucha-
riſtici, quartum ad B. Virginis, S. Angeli Cuſto-
dis SS. Patronorum &c. adijciat; certè memor-
S. Bernardus hoc medio graviſſimum & libidino-
ſiſſimum Peccatorem à mala conſuetudine ſic abduxit,
poſtquam non niſi triduo abſtinuiſſet, apertè confeſ-
ſit, ſe nullam ampliùs difficultatem in carnis tenta-
tionibus ſuperandis ſentire.

Caput VII.

DE TENTATIONIBUS CIRCA IRACUNDIAM.

LXXIII. SApritius Nobilis adeò ad iram pronus,
ut non modò ob leviſſimam quamvis cau-
ſam in liberos & alios domeſticos graviter excande-
ſcat, eóſque verbis contumelioſis, & immodicis ver-
beribus caſtiget; ſed etiam ab Externis vel mini-
offenſus, mox in ſævam iram prorumpat, & vindi-
diu, noctúque meditetur; quam proin infirmit-
ſuam cum intimo doloris ſenſu agnoſcens, Conf-
rio aperit, ab eóque contra ejuſmodi gravem ten-
tationem & Conſuetudinem armari humiliter pe-
Quæritur, quomodo id præſtare debeat Conf-
ſarius?

Reſponſio.

LXXIV. Primò eidem dilationem iræ ſuadeat,
olim Athenodorus Regi cuipiam ſuaſerat, ut
phi-

habetum priùs, quàm ad iram commotus quidpiam faceret, recitaret; & verò etiam Gregorius l. 5. mor. c. 33. præſcripſerat dicens: *Quoties ira animum invadit, mentem edoma, vince teipſum, differ tempus furoris. Cùm tranquilla mens fuerit, fac, quod placet.* Quod confirmans S. Ambroſius l. 1. offic. c. 21. *Reprime*, inquit, *iræ, ſi potes: cede, ſi non potes; quia ſcriptum eſt: Date locum iræ. Ergo ſi prævenerit mentem tuam iracundia, ne relinquas locum tuum. Locus tuus ſapientia tua eſt: locus tuus ratio tua eſt: locus tuus ſedatio indignationis eſt.*

LXXV. Secundò ſuadeat, ut propriam infirmitatem conſideret; nam *conſiderata propria infirmitas*, teſte S. Gregorio l. 5. mor. *peccata excuſat aliena; patienter quippe injuriam illatam tolerat, qui piè meminit, quòd adhuc fortaſſe habeat, in quo debeat & ipſe tolerari. Et quaſi aquâ ignis extinguitur, cùm ſurgente furore animi, ſua cuique ad mentem culpa revocatur, quia erubeſcit ſibi Peccator non parcere, qui vel DEO vel proximo ſæpe ſe recolit parcendò peccâſſe.*

LXXVI. Tertiò ſuadeat, ut fœditatem, & damna iræ perpendat, ita Seneca l. 2. de ira c. 36. ſuaſit dicens: Quibusdam iratis profuit, ut ait ſextius, aſpexiſſe ſpeculum, perturbavit illos tanta mutatio ſui; ſi enim, ut D. Gregorius Naz. orat. 4. narrat, Dea illa cantu fiſtulæ delectari ſolita, ejusdem uſum deteſtata eſt, dum deformitatem ex inflatione reſultantem in fonte conſpexit, quidni idem ab iracundo ſperandum ſit, ſi vitij ſui turpitudinem conſideret. Quæ omnia optimè confirmans S. Baſilius ho. 21. de ira, *Vir iracundus*, inquit, *turpis eſt. Quomodo turpis? quia*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

humanam quaſi figuram amittit, feræ ſpeciem indu
Conſidera parumper iratum. Furit, debacchatur,
mutantur oculi, turbidi, ſanguineique fiunt, cor
cendit, ſanguis commovetur. Hunc videas ut ap
dentes acuentem. Hinc rectè Seneca l. c. infe
Qualem putas animum, cujùs externa imago
fœda eſt?

LXXVII. Quartò ſuadeat illi, ut Chriſti, & S
ctorum manſuetudinem frequenter perpendat;
ut ſapienter S. Chryſoſtomus ho. 3. de David &
advertit, quemadmodum, qui laborant oculis,
ſpongias, ac veſtium cyaneo colore imbutos pa
teneates, frequenter in ea intueantur, ex eodem
lore nonnullum capiunt morbi levamen, ſimili
tu ſi Davidis (multò magis Chriſti & Sanctoru
imaginem (& manſuetudinem) præ oculis hab
& in hanc aſſiduè defigas oculos, etiamſi millies
tundat ira mentis oculos, perturbans, ad hoc
tis exemplar reſpiciens, perfectam conſequêris
tem, purámque animi Philoſophiam ac tranqui
tem; hoc enim eſt, quod, teſte S. Baſilio ho.
David ait: *Paratus ſum, & non turbatus.* Op
itaque motus animi præcipites atque inſanos ex
plo Sanctorum, ac beatorum præceptorum mem
cohibere. Hinc & Apoſtolus ſuos Hebræos ani
ait: *Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit adverſus*
catores in ſemetipſum contradictionem, ut ne fatig
ni animis veſtris deficientes.

CA